536a rep. 1767 in territorio Tergestino loco dicto Romagna CORTENOVIS. Periit KANDL.

D · M
L · SATRIVS
SILVINVS
P S R'
CAESIDIAE
AMABILI
CONIVGI·CARIS
FECIT

Cortenovis servavit in cod. p. 76; idem misit Marinio cod. Vat. 9128 f. 143 et Carlio 2, 267 (inde Kandler n. 108).

6 habet Carli, om. cod. et Marinius.

D. M. L. Satrius Silvinus p(rocurator?) s(ummarum?) r(ationum?) Caesidiae Amabili coniugi caris(simae) fecit.

---

537 litteris magnis, Tergeste rep. *presso il castello nel podere Pillepich.* Nunc in museo.

a DIVM·S *acrar et*
o PERVM *publicor*

Contuli. Kandler *archeogr. Triest.* 1, 122.

---

538 prope Tergeste *nel monte di Scorcola nella vigna de' Signori Bottoni* SCUSSA, DELLA CROCE. — Inter Polenses VERG. fraude.

TI · ATTIO · TI · FIL · PV*p*
HILARO
DEC·EMERITO·ALAE·I·FL·FID
ANTISTIA·ILIAS·CONIVGI·V·F
LIB·LIBQ·POSTQ·EOR

Scussa ms. Marc. p. 22, ms. Kandl. syll. n. 27, a quo pendent reliqui: della Croce p. 124 cf. p. 139 (inde Mur. 787, 6; Mainati 1, 1, 342); Carli 2, 97; Vergottin Pola p. 47; Kandler n. 62.

1 PVB omnes, ut solet Scussa sic PVP sibi non intellectum corrumpere. Cf. Rossetti *archeogr. Triest.* 1, 106.

---

539 Trieste *presso il castello nel podere Pillepich* KANDLER. Nunc in museo.

Q · BAIENO
P·FIL·PVP
BLASSIAN
*p*RAEF·COH·II·AST
*t*RIB / VII

Contuli. Kandler *archeografo Triestino* 1 (1829), 121 et inscr. n. 30; Labus *gazzetta di Venezia* 1829 n. 272 et in actis Vindobon. 1, 354.

Margo inferior latet sub durissima calce.

---

540 rep. Tergeste m. Iun. 1787 MARINI; *trovata a Trieste nella contrada esterna di Romagna sulla strada di Aquileja* KANDLER; *esiste dove fu trovata, nella grande caserma nel muro del secondo cortile* MAINATI. Nunc in museo.

P CLODIO · QVIRINAL
MILITI·LEG·XV·APOL· ET·
BLASSIAE · L · F · PLACIDAE · VXORI
sic ET·COMINIO·VERO·MIL·LEG·XIII·G
ET·A·TVLLIO·CHRYSANTO·AMICO
P·CLODIVS · CHRESTVS ·
V · F · SIBI · ET · SVIS
CAESERNIAE · SEVERAE
navis velis expansis

Contuli. Habent Marini cod. Vat. 9128 f. 143, cui misit comes Rambaldus degli Azzoni; Carli 2, 269 delineatam a Bonomo; Mainati 1, 1, 330; Kandler n. 77.

Nota partem v. 1 et totum v. 8 scalpro erasos. Hunc Kandler postea additum esse scribit, non recte.

Pater fuit fortasse naturalis P. Palpellii P. f. Maec. Clodii Quirinalis eius quem supra habuimus n. 533.

---

541 Tergeste rettuli, quoniam primum innotuit Venetiis ex domo domini Francisci Capello eius qui a. 1509 cepit Tergeste, in qua domo qui praeterea fuerunt lapides scripti, eos omnes constat origine esse Tergestinos. — Venetiis PANV. in domo domini Francisci Capello in rivulo divi Marci SAN.; in domo Campelli MAN.; in atrio domus privatae mercatoris cuiusdam GUD.; ad S. Iohannem in Oleo apud Io. Bapt. Allegri ASTORI MAFF. Ex aedibus olim Michieli nunc Dom. Molin a. 1828 illata est in museum Marcianum CICOGNA *iscr. Ven.* 2, 197. VALENT. Ibi extat hodie.

D · M · T· DOM*i*
TI · GRACILIS
NA · DITIO
VIX · AN · L ·
MIL · AN · XIII ·
IIII · PADO
HEREDES
L·PLAETOR·VS
BASSVS ET ·
L · MVRRAN*i*VS
SVPER · B · M · P

Contuli. Habent Sanutus cod. Ver. f. 49; Manutius cod. Vat. 5248 p. 5; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 80'; Gudius ms. 774, 1, ed. 163, 5 qui vidit a. 1663; Astorius inscr. Ven. (cod. Marc. Lat. 14, 200) f. 4 et *Giornale de' lett.* vol. 38 (Venetiis 1727), 182 (inde Mur. 811, 3); Maffei M. V. 381, 7; Valentinelli *mus. arch. della Marciana* (1866) p. 166.

1 DOM*I* hodie nec plura viderunt ne antiquissimi quidem San. Panv. — 3 DELM pro DITIO Mur.

D. m. T. Dom[i]ti Gracilis na(tione) Ditio(nis); vix(it) an(nos) L, mil(itavit) an(nos) XIII (quadriremi) Pado. Heredes L. Plaetorius Bassus et L. Murranius Super b(ene) m(erenti) p(osuerunt). Ditionum notus est populus Dalmatiae.

---

542 Tergeste rep. ad SS. Martyres retro MAINATI. Nunc in museo.

Q · IVLO · AN
FELICI · MIL
*l*EG · IIII · F · F
*a*N·XL·STI·XIIX
t F · I ·
VS · SE

Contuli. Habent Mainati 1, 1, 340; *Archeografo Triestino* 1, 95; Kandler n. 92.

6 IVLIVS SEVER Main., IVLIVS SEC... Arch., Q · IVLIVS · SEC Kandl., ex supplemento opinor omnes.

---

543 arca marmorea. Tergeste apud S. Lazarum RED.; in ecclesia maxima infra capellam SS. Lazari et Servuli TOM. BEMB. Erat in aede maxima pro ara; nunc est in museo KANDL.

L·SEVGONI·AGRIPPIN·EVOC
AVG · N *c*OH · VIIII · PRAET
P · V · Se*v*ERIAN · SEXTILIA p C. 222/35
MAXIMILLA · HERES
ITEMQ · VXOR · CONIVG
RARISSIMO
SPE RANTI

Descripsi. Descripserunt antea Antiquus apud Redianum f. 143' Terg. n. 24 (inde Gud. 202, 7) et Tomitanum f. 7 n. 24 (inde Carli 3 p. XLIX) et Bembum f. 103' et Peutingerum 526 f. 110 et Kandlerus n. 109.

V. 1. Rediani et Tomitani et Bembi et Peutingeri dabo, ut denuo appareat et ab eodem exemplo pendere omnes et Redianum apographum reliquis multo minus corruptum esse. — SEVCO·AGRIPINAE (AGRIPPAE Peut.) praemittunt Tom. Bemb. Peut. — 1 SEVCONI Tom. Bemb. Peut. — EVO Red. Tom. Bemb. Peut. — 2 AVG I... H Red., AVG·COH Tom. Bemb. Peut. — 3 S... RIAN vel SRIAN Red. Tom. Bemb., S·RIRN Peut. — 5 CONIVGI Bemb. — 6 RARISS Peut.

Sperans Agrippinus dicitur ideo, quod mortuus est eo ipso tempore, quo fieri debebat centurio; comparandus optio tituli urbani (I. N. 6816), cui *re[stabant] dies LI ut fieret* ?; item miles cohortis II praetoriae singularis tribuni spe beneficiatus, qui decurio fit *ob spem processus* (Orell. 3530); item optiones Lambaesitani Romam proficiscentes *ad spem suam confirmandam* (Henzen n. 6790); item *optio spei leg. II adi. p. f. Antoninianae* in titulo anni 218 edendo inter Aquincenses. Vide quae dixi apud Renierium *mélanges* p. 239.